

vestes sacerdotales hyacintho & purpura ornatas fuisse tradit diuina scriptura. Et primus quidē lapis, vocatur †Marinus: secundus †Roseus: tertius, †θαλασσο-
 Natiuus: quartus, Channiaeus: quin- σίτης.
 tus, Perileucus. Inueniūtur hæ gemæ †ροδινός.
 in interiori Barbaria Scythiæ: & p̄ter
 quod sunt valde p̄ciosæ, mirā quoq;
 efficaciam habēt. Nam in ignis carbo-
 nes cōiectæ, ipsæ quidē tantū abest vt
 absumantur, vt ipsos carbones extin-
 guāt: nec id tm̄, sed si quis hanc gemmā
 panniculo inuolutā in carbones igni-
 tos cōiecerit, p̄aniculus quoq; illesus
 conseruat. Dicit̄ etiā hæc gemma cōdu-
 cere mulieribus parituris, vt facilius
 pariant. præterea fugat spectra.

VIII.

Gemma Achates. Hanc gemmam
 suspicati sunt quidā esse eam quæ dici-
 tur Perileucos, quæ in Hyacinthi mē-
 tiōe dicta est à nobis. Mirabilis est gē-
 ma coloris subcœrulei, extrinsecus
 circūferentiā habens albā instar mar-

(B) 5